

Band IX., Nr. 3777, Seite 227

Graf Albert von Löwenstein verzeiht sich des Vogtrechts über den Hof des Klosters Adelberg zu Kirnberg.

Löwenstein, 1288. August 30.

Nos Albertus comes de Lewenstain publice profitemur et tenore presentium notum esse volumus universis, quod nos de consensu et permissione ac voluntate serenissimi domini nostri Rüdolfi incliti Romanorum regis semper augusti, sicut in litteris suis patentibus poterit dinosci,¹ renuntiavimus omni iuri omnique actioni sive impetitioni, que nobis competebant seu competere videbantur super advocatia curie in Churemberch, cum omnibus attinentiis eiusdem curie, que ad cenobium Madelberch ab antiquo spectare dinoscuntur, coadunata manu L[ucardis] cometisse dilecte coniugis nostre pure propter deum non in parte tantum sed totaliter et expresse, recepta nichilominus a dictis . . . preposito et conventu de Madelberch quadam certa peccunie quantitate, promittentes fideliter, quod predictum monasterium Madelberch nec per nos nec per aliquos heredes seu successores vel fautores nostros in eisdem bonis seu suis attinentiis in posterum aliquomodo debeat molestari. Testes autem, qui huiusmodi facto interfuerunt, sunt: Ortwinus ac Brennemule fratres et milites de Hohtorf, Cunradus de Talhain miles, Ūlricus et R. fratres de Eschinowe milites.

Acta sunt autem hec presentibus et procurantibus . . . dicto Scriba advocato in Murrehart ac Wortvino antiquo notario comitis de Lewenstain, in thalamo eiusdem comitis de Lewenstain, anno ab incarnatione domini MCCLXXXVIII., III. kalendas Septembris. In cuius rei testimonium presentes litteras iam sepedictis dominis de Madelberch sigillo nostro proprio cum sigillo L[ucardis] dilecte coniugis nostre contulimus roboratas.

Textabdruck folgt dem Original.

An blauen Leinefäden 2 Siegel: 1) rund, 66 mm., der Graf auf linkshinsprengendem Ross, in der Rechten das Schwert, am linken Arm den Schild mit dem Löwen, als Helmzier 2 gestürzte Barben; Umschrit: + . S . COMITIS . ALBERTI . D ENSTEIN . 2) aus hellgelbem Wachse, spitzoval, c. 55, 40 mm., die stehende Gräfin, die Linke auf den Schild mit dem Löwen stützend, in der Rechten den Helm mit 2 gestürzten Barben emporhaltend; Umschrift: . . . VCARDIS . CO . . . SE . DE . LEWINST . . .

¹Urkunde von 1288, Juli 23, WUB, Bd. IX, S. 224, Nr. 3771.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 49

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 1, S. 343.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 49.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Löwenstein

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Eschenau Wohnplatz (2305)

Eschenau, Obersulm, HN

Hochdorf Wohnplatz (1196)

Hochdorf, Remseck am Neckar, LB

Kirnberg, Gebsattel, AN

Löwenstein Wohnplatz (2065)

Löwenstein, HN

Murrhardt Wohnplatz (1475)

Murrhardt, WN

Talheim Wohnplatz (2214)

Talheim, HN